Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 133
Quelle:
Copyright:

exceptis Vltramarino, beatorum Petri et Pauli atque Jacobi Apoſtolorum. *Dat. Rome apud Sanctum petrum ſub ſigillo officij penitentiarie. II. Non. Septembr. Pont. domini Pauli pape II. Anno Sexto.* Ergo 1470. *Philippum* hunc in ſerie Epp. *Albanenſ.* omiſit *Ughellus Ital. ſacr.* T. I. *Ciaconius* in *Vit. Pontiff. et Cardd.* T. II. *col.* 974. *Philippum Calandrinum Nicolai* IV. ex matre fratrem Card. et majorem Poenitentiarium ſubdubius *ex aliquibus Epiſcopum Albanenſem* vocat. En itaque e *Literis* noſtris certo Sedi ſuae reſtitutum, collocandumque, ut opinor, ante vel poſt *Rodericum Borgiam*, qui deinceps *Alexander* VI. fuit.

LXI. VIII. F. 7

463 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 59. 4. lineis laxis, ut Gloſſae locus eſſet, luculente exaratus, adſiſtente utrinque columna Gloſſae *Walafridianae* minutius ſcripta complectitur *Epiſtolas VII. Canonicas Apoſtolorum* ordine recepto *Vulgatae*. Textus

Vulgatus.	Codex.
Teſtimonium Jeſu Chriſti quæcumque.	*Teſtimonium iheſu in his quęcumque* &c.
Tempus enim prope eſt.	Omiſſum.
Teſtimonium Jeſu. Fui in ſpiritu &c.	*Teſtimonium iheſu chriſti. Fui* &c.
Tamquam tubae dicentis &c.	*Tubę dicentis* &c.
Quae ſunt in Aſia.	Omiſſum.
Sol lucet in virtute.	*Sol lucens.*

ſincerus eſt; Teſtimonium tamen *Joh. I.* c. 5. ſic legitur: *Sicut in celo tres ſunt pater et uerbum et ſpiritus. et tres unum ſunt. quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in terra ſpiritus. aqua. et ſanguis et hii tres unum ſunt.* Epiſtolae *Judae* linea *ult.* intercidit; finit enim: *magnificentia. imperium et poteſtas* —. Codex olim Coenobii *S. Crucis* Ord. Ciſt. in *Auſtria* fuit.

LXII. VIII. g. 12.

Codex membraneus lat. Sec. 583 XII. Folior. nunc 141. 4. nitide perſcriptus et rubricis diſtinctus hoc gaudet Titulo: *In hoc uolumine continetur apokalipſis ſine gloſa et apokalipſis cum gloſa et eſt fratrum minorum in* — —. Pag. 2. *Incipit prefatio beati ieronimi in apokalipſi.* Ut in Bibliis gloſſatis: *Johannes apoſtolus et ewangeliſta a domino iheſu chriſto electus* &c. Tum Textus a prima manu in XLVIII. Particulas diviſus, hinc inde a Vulgato varians, ut docet C. I. collatio: